

Hermannschronik
(MGH SS 5, S. 131.37–133.43)

Wien Hs. 3399, Fol. 106^v–109^v
Muri-Sarnen Hs. 10, Fol. 96^r–97^r

tibus, Theutonicisque maxima ex parte, sed non inulte, occumbentibus, occulto Dei iudicio – sive quia tantum sacerdotem spiritalis potius quam pro caducis rebus carnalis pugna decebat; sive quod nefarios homines quam multos, ad se ob impunitatem scelerum vel questum avarum confluentes, contra itidem scelestos expugnandos secum ducebat; sive divina iusticia alias, quas ipsa novit, ob causas nostros plectente – quamvis nimis cruentam hostes adepti sunt victoriam. Ipseque domnus papa in quodam ab eis castello obsessus, cum, expugnata iam iamque munitione, necessitate coactus, communionem eis prius interdictam reddidisset, acceptus ab eis, Beneventum, cum honore tamen, reductus est; ibique tempore aliquanto detentus, nec redire permissus.

Et hoc et superiore anno frugum penuria facta est non modica.

Werinharius, frater meus, Augiensis monachus, admodum doctus et religioni vere deditus iuuenis, cum alio monacho Liuthario, studio vitae perfectioris flagrans, peregrinationem clam pro Christo adgreditur, literis tamen remissis licentiam abbatis postulans et impetrans. Et sequenti tempore Richardus Renaugiensis abbas et Heinricus item Augiensis monachus,

Et hoc et superiori anno frugum penuria facta est non modica.

Werinharius Augiensis monachus, admodum doctus et vere religioni deditus, studio vite perfectioris flagrans, peregrinando in Ierusalem pro Christo peregre profectus est et illuc etiam in agro Acheldemach obiens feliciter sepelitur. Cuius exemplum plures tandem secuti sunt.